Ibidem. Tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis; quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio?

5 In Chriſto Ieſu modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.

1.Pet.2 Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos.

Apoc.1 Ego Ioannes frater veſter, & particeps in tribulatione & regno, & patientia in Chriſto Ieſu.

7 Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna.

12 Non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem.

Vide in tit. Patientia, Perſecutio, Timor.

TRISTITIA ORDINATA.

2.Cor.6 Quaſi triſtes, ſemper gaudentes.

7 Quoniam & ſi contriſtaui vos in epiſtola, non me pœnitet. Nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam.

Ibidem. Contriſtati eſtis ſecundum Deum. Quæ enim ſecundum Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.

Inordinata bonum impedit.

Prou.12 Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit.

15 In mœrore cordis langueſcit ſpiritus.

Eccle 7 Noli eſſe puſillanimis in animo tuo.

14 Fœlix qui non habuit animi ſui triſtitiam.

30 Triſtitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipſum in conſilio tuo.

Iac.1 Triſtatur aliquis veſtrum? oret; æquo animo eſt aliquis? pſallat.

Malum inducit.

Prou.12 Mœror in corde viri humiliabit illum, & ſermone